

INDEX LECTIONUM



IN

UNIVERSITATE STUDIORUM JAGELLONICA

A DIE 1. OCTOBRIS ANNO MDCCCXX.

AD MEDIUM MENSEM JULII ANNO MDCCCXXI.

INSTITUENDARUM.



C R A C O V I A E.

TYPIS ACADEMICIS.

Civibus Litterarum Studiosis

S. P.

Universitatis Studiorum Jagellonicae Cracoviensis Rector

Valentinus Litwiński

Cum Senatu Academico.



Quum Eduardus Schraderus Vir doctissimus et celeberrimus, Academiae Tubingensis Professor, in edendo Corpore Juris Romani occupatus a Nobis postulasset, ut quae in collata Editione Gebauero-Spangenbergiana 1776 et in Nostro Institutionum Codice membranaceo anno praeterito descripto esset textus diversitas, secum eas, quae inventae fuerint, lectiones variantes communicarem, id, ut Tanti Viri voluntati satisfaceremus, lubentissime curandum suscepimus:

Editio Gebauero-Spangenberg.

Codex Noster.

Prooemium

v. 3. cupidae legum juventuti	cupidae legum juventuti institutionum seu elementorum premitit Prohemium
§. 1. v. 5. jam a nobis promulgatis	tam a nobis promulgatis, quam compositis
§. 2. v. 5. ad immensa veteris prudentiae volumina	et ad immensa prudentiae Veteris volumina
§. 3. v. 1. cumque hoc Deo propitio peractum est	cumque Deo propitio hoc peractum est
v. 2. et exquaestore Teophilo	exquestor Teofilo
v. 8. rerum argumentis componerent institutiones	argumentis rerum componant
v. 9. discere	dicere
v. 11. animae vestrae	animi vestri
v. 12. nil inutile, nihilque perperam positum Ut et initium Vobis et finis	nihil perperam positum, nil inutile ut initium vobis et finis
§. 4. v. 4. nec non ceteros	nec non et ceteros
§. 5. v. 2. obtulerunt	optulerint

v. 6. et plenissimum nostrarum constitutio- et plenissimum nostrarum institutionum
 num robur robar
 Corrector *ro* institutionum in *ro* constitutio-
 num mutavit.

v. 7. v. 2. sic eruditos sicut eruditos
 v. 3. opere perfecto perfecto opere

Folio r. III.

Libri I. Tit. X.

v. 1. de nuptiis p. 10 de justis nuptiis
 v. 2. coeunt coeunt
 v. 3. viripotentes viri potentes
 v. 4. dum tamen si dum tam
 v. 7. in tantum, ut jussus parentis prae- in tantum, ut jussus parentum precedere
 cedere debeat debeant

v. 9. variabatur variabatur
 v. 10. filiae furiosi, filium quoque filie filium furiosi
 §. 1. v. 4. obtinent optinent
 v. 7. nefarias nepharias
 v. 8. et haec adeo ita sunt Et haec adeo ita sunt, sed Corrector ad-
 notavit: vera

v. 10. parentum parentum
 ceperunt ceperunt
 v. 11. possent possunt

§. 2. v. 3. est quaedam similis observatio est quaedam observatio
 Alia manu: similis

v. 6. sed si qua sed et si qua
 v. 9. sit dissoluta dissoluta sit
 eam uxorem ducere eam ducere in uxorem.

v. 12. filiam emancipare f. e. suam
 §. 3. v. 3. quis uxorem ducere potest deest: uxorem
 v. 4. quarto gradu in quarto gradu

§. 4. v. 2. vel fratris et sororis vel fratris vel sororis
 §. 5. v. 2. Item nec Materteram Item Materteram
 v. 3. materteram magnam magnam materteram

v. 2. abstinendum est abstinere necesse est
 uxorem ducere non licet d. u. n. l.
 v. 4. filiae loco loco filie
 quod ita scilicet accipi debet qua scilicet ita accipi debent. [Sed Corre-
 ctor ea ad vulgarem lectionem correxit.

§. 6. v. 5. si fuit nurus aut privigna tua	si fuerit nurus aut privigna tua et modo non est
v. 7. nam si adhuc nurus tua est id e. si	nam si adhuc nurus est, i. (id est) si adhuc nupta est filio tuo
v. 8. esse non potest	non esse potest
§. 7. v. 5. quia duobus esse non potest .	quia duobus nupta esse non potest
v. 8. quia duas uxores habere non possis	quia duas uxores habere non licet
§. 8. 3. vel contra	vel e contra
licet habeant fratrem sororemve	l. h. fratrem sororemve communes. <i>Corrector cancellis inclusit: et communes</i>
§. 9. v. 1. si uxor tua	sed si uxor tua
v. 2. Sed Julianus	sed et Julianus
v. 4. abstineri	abstinere
v. 5. esse	constat esse
§. 10. v. 1. Illud certum est	Illud tamen certum est
v. 2. nuptiis esse	e. n.
si forte pater	s. p. f.
§. 12. v. 1. si adversus ea, quae diximus	sed si adversus ea, quae premisimus
v. 3. ii	hii
v. 8. spurii	filii spurii
vel a Graeca voce quas: <i>σπογάδην</i>	spuriados, i. e. sporado. (<i>Litteris Latinis.</i>)
v. 9. ut dissoluto tali coitu	ut et dissoluto t. c.
v. 10. qui autem prohibitas nuptias contrahunt	qui autem prohibitis nuptiis coheunt
§. 13. v. 1. qui statim ut nati sunt	qui statim nati sunt. <i>Corrector addidit: ut</i>
v. 3. redigantur in potestatem parentium .	rediguntur in potestatem patris
v. 6. qui a muliere libera procreatus . .	qui ex muliere libera procreatus est
v. 9. quod si alii liberi	quod aliis liberis ex eodem matrimonio, si fuerint procreati, similiter

His pauca addere liceat ad Vos, Juvenes Ornatissimi, quorum diligentia Nobis perspecta et probata certos studiorum vestrorum fructus pollicetur. *Vis consilii experti mole ruit sua, vim temperatam Dii quoque prouekunt in majus.* — Quae quidem notissima Q. Horatii Flacci Poetae sententia etiam ad instituendam studiorum recte collocandorum rationem pertinere videtur, ubi solida eruditio et doctrina non nisi assiduo labore, opera data, constanti animo sensim sensimque comparatur ita, ut nemo repente fiat doctus et eruditus.

Quantumvis enim a fortunae benignitate magnas sive ingenii dotes sive facult-

cultates alias habueris, tamen eruditionem et doctrinam non nisi diligentia assidua paraveris. Soli igitur virtuti vestrae id acceptum referetis, quod in addiscendis litteris et disciplinis assiduitate vestra adquisivistis. Nam ut ignis fatui scintillae brevi temporis momento evanescent, sic ingenii, si quod vel maximum exsplenduerit lumen, exiguo temporis spatio exstinguitur, nisi luci salutari materia suppeditatur, quae divinam mentis flammam alat et conservet. — Consilio igitur recte instituto, Deo Optimo Maximo adjuvante, paulatim summa, quae in doctrina et eruditione esse solent, petenda sunt. Vi temperata, quam idem Deus provehet in majus, ad altiora indes studia progrediendum est ita, ut nunquam a via coepta recedamus, sed quo intendimus, tandem ad optatum perveniamus finem.

ORDO THEOLOGORUM.

*Florianus Kudrewicz, Ord. S. Basilii M. S. Theol. D, sacrae Scripturae Prof. P. O.
h. t. Fac. Theol. Decanus.*

Hor. mat. 9—10 quotidie excepto die Jovis hoc anno cursus Studii biblici secundo, praemissis Historia Exegeseos Sacrae, tum Philologia Sacra ac Antiquitatibus biblicis libros Novi Foed. spectantibus, tandem repetita Hermeneutica generali Sacrorum Librorum, tradet Hermeneuticam specialem cum Introductione in Libros N. Foederis ex proprio commentario, demum Evangelium secundum Matthaeum, comparando cum aliis Evangelistis, textum ex Graeco praelegendo, interpretabitur.

Idem Hor. mat. quotidie 8—9 Theologiam dogmaticam tradet.

Matthaeus Kozłowski, Ord. Praed. S. Theol. D. P. P. O.

Hor. mat. 10—11 iisdem diebus exponet Historiam ecclesiasticam methodo Alberi.

*Nicolaus Janowski, S. Theol. D. Prof. Theol. Moral. et Pastoral. et Eloquentiae Sacrae
P. O. Can. Cath. Eccl. Crac.*

Horis pom. 1—2 iisdem diebus quinque per hebdomadem, scilicet die Lunae, Martis, Mercurii, Veneris et Saturni tradet Theologiam moralem ad mentem legis naturae et evangelicae. Idem praeleget etiam Theologiam pastorem, et praecepta eloquentiae sacrae docebit.

ORDO JURIS-CONSULTORUM.

Felix Słotwiński; Phi. et J. U. D. P. P. O. h. t. Fac. Jurid. Decanus.

Hor. pom. 5—4 quotidie excepto die Saturni Jus naturae universum, privatum, civitatis et gentium, nec non Methodologiam et Encyclopaediam Juris tradet.

Hor. mat. 8—9 diebus Lunae, Mercurii et Saturni Jus ecclesiasticum tradet.

Valentinus Litwinski, J. U. D. Prof. P. O.

Horis pom. 5—6½ quotidie exceptis diebus festis et Mercurii, semestri hiemali, Codicem judicarium civilem in Regno Poloniae vigentem, explicabit et quae e Codice civili Austriaco judicario et legibus antiquis Polonicis huc pertinent, simul exponet, semestri autem aestivo jus criminale juxta textum Codicis Criminalis Austriaci cum applicatione Codicis criminalis Polonici tradet.

Adamus Krzyżanowski, J. U. D. Prof. P. Ord.

Hor. 8½ ad 10 quotidie, diebus festis exceptis, Historiam Juris antiqui Polonici, deinde Codicem civilem in Regno Poloniae vigentem, ratione Codicis Civilis Austriaci et legum antiquarum Polonicarum habita, tum Codicem Mercantilem, qui in Regno Poloniae obtinet, cum applicatione legum, quae apud Gentes vicinas in usu sunt, explicabit.

Augustinus Boduszyński, J. U. D. P. P. O. Reipubl. Crac. Senator.

Hor. pom. 5—½ Historiam Juris Romani, Institutionis Justinianae cum provocazione ad Pandectas et Codicem Repetitae Praelectionis, tandem Jus Feudale tradet.

Nicolaus Hoszowski, J. U. D. Prof. P. O. Reipubl. Cracoviens. Senator.

Horis mat. ½—10 diebus Martis, Jovis et Veneris, 9—10 diebus Lunae, Mercurii et Saturni disciplinas politicas tractabit, scilicet: primum Oeconomiam Nationum puram, deinde Oeconomiam politicam sive Doctrinam reddituum s. Finantiae vulgo dictae, nec non Politiae, ac tandem theoriam Agriculturae et Constitutionis Regni Poloniae Liberaeque Civitatis Cracoviensis.

ORDO MEDICORUM.

Sebastianus Girtler, Phil. et Med. D. Politiae medicae, historiae medicinae et institutionum medico-chirurgicarum P. P. O. h. t. Facultatis medicae Decanus.

Hor. ½ 12—12½ diebus Martis, Jovis et Saturni Politiam medicinalem ex propriis scriptis Lingua Polonica tradet. Deinde ad praelegendum de Historia medicinae pariter ex propriis scriptis secundum ordinem variarum theoriarum et systematum cum necessaria recensione accedet, idque Latino Idiome. Hisce diebus ab hora 5 ad 6½ Institutiones medico-chirurgicae, incipiendo a Physiologia Pathologiam Dieteticam, materiem medico-chirurgicam, tum Therapiam generalem et specialem Chirurgicam, compendiose lingua vernacula exponet.

Adalbertus Georgius Boduszyński, Med. D. Pathologiae et Therapiae tam gen. quam spec. P. P. O. Reip. Crac. Protomedicus.

Hor. mat. 10—11 diebus Lunae, Mercurii et Veneris Lingua Latina Pathologiam genera-

ra-

neralem explicabit, diebus Martis, Jovis et Saturni hor. mat. 10—11¹/₂ doctrinam de Therapia generali et speciali tradet.

Ignatius Wozniakowski, Med. D. Chir. et Artis obstetr. etc. P. P. O.

Diebus Lunae, Mercurii et Jovis ab hora 4 ad 5 post meridiem idioma Polonico Chirurgiam theoreticam, diebus Martis et Veneris eadem hora Artem obstetriciam theoreticam praeleget, ac denique diebus Lunae, Mercurii et Jovis ab hora 9 ad 10 Matriciam Medicam tradet.

Josephus Sawiczewski, Med. D. Pharmaciae P. P. O.

Diebus Lunae, Martis, Mercurii et Jovis ab hora 9 matutina ad 10 Pharmaciae docebit, qua finita Toxicologiam explicabit.

Josephus Kozłowski, Med. D. Anatomiae et Physiologiae P. P. O.

Anatomiam et Physiologiam tradet idioma Polonico diebus Lunae, Martis, Mercurii, Jovis et Veneris, ab hora 12 ad 1. verum Medicinam forensem ab hora 3 ad 4 diebus Veneris post meridiem.

Ignatius Lienhard, Med. D. P. P. O.

Horis mat. 8—9 quotidie in Nosocomio Latine et Polonice explicabit morbos aegrotorum, qui in instituto clinico curantur.

Horis pom. 5—6 diebus Lunae, Mercurii et Veneris artem veterinariam tradet.

Xystus Lewkiewicz, Med. et Chir. D. S. Annae Illitiae Classis et Legionis Honoris Eques,

Chirurgiae Practicae P. P. O.

Hor. pom. 3—4 diebus Martis, Jovis et Saturni in curationibus chirurgicis rite instituendis Auditores ad praxim formabit.

Horis matutinis 9—10 Clinicen chirurgicam duce Richerand, obstetriciam vero duobus Baudeloque, Boer et Widman quotidie exhibebit.

Julianus Sawiczewski, Med. D.

Horis pom. 2—3 diebus Martis et Saturni tradet Macrobioticam.

ORDO PHILOSOPHORUM.

I) FACULTATIS MATHEMATICAE ET PHYSICAE.

Romanus Markiewicz Phil. D. P. P. O. Decanus. h. t. Fac. Phil. Math. et Phys. Reip. Crac. Senator.

Horis mat. 9—10 quotquot diebus, festis exceptis, Physicam experimentalem ad normam sui proprii opusculi addens addenda e tractata physices Bioti docebit. Cursu vero festivo iisdem horis Geographiam physicam, duce Joanne Śniadecki tradet. Juvenibus profectoribus, qui elementis matheseos sufficienter imbuti sunt, diebus Martis et Jovis hor. 2—3 difficiliore, ubi necesse fuerit, calculos Physices extricandos, et experientias longiusculas ac praecipuas, oculis tempore commodiori subjiciendas curabit.

Aloi-

Felix Radwański, Phil. D. Mechanices et Hydraulices Prof. emeritus, Reip. Crac. Senator.
Diebus festis horis pom. 2—4 scientiam muniendarum viarum tradet.

Aloisius Estreicher, Phil. et Med. D. P. P. O.

Hor. mat. 10—11 quotidie exponat Zoologiam per semestre hiemale.

Hor. mat. 7—8 Botanicam tradet per semestre aestivum.

Hor. pom. 2—3 diebus Martis et Jovis tradet doctrinam de generis humani varietate
nativa per semestre hiemale.

Hor. pom. 6—8 exercitationes botanicas instituet, et ad botanices practicae usum ma-
nu ducet, atque dendrologiae et melologiae rudimenta exponet per semestre aë-
stivum.

Carolus Habd, Phil. D. P. P. O. Mathesos sublimioris.

Hor. mat. 8—9 quotidie exceptis diebus Saturni tradet Analysis algebraicam, trigono-
metriam sphaericam et geometriam analyticam, praecipue theoriam superficierum
secundi gradus, duce Hichette.

Hor. mat. 9—10 diebus Martis, Mercurii et Veneris calculum differentialem et integra-
lem, cum quibusdam applicationibus ad Physicam docebit.

Josephus Łęski, Phil. Dr. Astronomiae Professor P. O.

Hor. mat. $\frac{9}{2}$ —10 semestri altero introductionem in disciplinae astronomicas repetet, quae
Polonice in lucem edita est, altero vero ducibus Delambre et Biot supplebit, quae
ad scientiam astronomicam praecipua sunt praeceptorum capita. Tum duce Pui-
sant disciplinam mappas topographicas delineandi compendiose explicabit.

Josephus Markowski, Phil. et Med. D. Professor Chemiae P. O.

Hor. 11—12 quotidie exceptis festis Chemiam docebit.

Hor. 9—11 diebus Solis Mineralogiam.

Francoiscus Sapolski, Phil. D. Professor Geometriae descriptivae P. O.

Horis 12— $1\frac{1}{2}$ Geometriam descriptivam tradet theoreticam et accomodatam perspecti-
vae umbrarum, artibus fabrilibus et gnomonicae, diebus Lunae, Martis, Mercurii
et Jovis.

Hor. 12—1 diebus Veneris et Saturni Mechanicam et Hydraulicam per semestre aë-
stivum.

Hor. pom. 2—3 diebus Solis tradet opificibus et artificibus Mechanicam practicam.

Francoiscus Szopowicz, Prof. P. O.

Hor. mat. 8—9 quotidie, exceptis diebus Saturni, Mathesin inferiorem i. e. Arithmeti-
cam, Algebram, Geometriam elementariam cum practica et analytica explicabit
duce Lacroix.

II.) FACULTATIS LITERARIAE.

Hermannus Schugt, *Phil. D. Linguae Graecae P. P. O. h. t. Fac. Phil. Lit. Decanus.*
Horis pom. 2—3 diebus Lunae, Martis et Mercurii explicabit Sophoclis Oedipum Regem.
Horis iisdem diebus Jovis, Veneris et Saturni Livii Decadem tertiam.

Horis pom. 3—4 Styli cultioris linguae Graecae praecepta profectoribus tradet.

Julianus Czerminski, *Phil. D. Professor Historiarum P. P. O.*

Hor. mat. 11—12 quotidie, diebus Ven. et Sat. etiam a 5 ad 6 pom. enarrabit historiam antiquiorem et recentiorum. II.) Geographiam physicam et politicam. III.) docebit artem criticam, quae ad legendos historicos est necessaria. IV.) literarum et scientiarum progressum demonstrabit.

Georgius Samuel Bändike, *Phil. D. Prof. Bibliographiae P. O. et Bibliothecarius.*

Hor. pom. $\frac{1}{2}$ —3 die Mercurii, Veneris et Saturni Bibliographiam profitebitur.

Collegium styli cultioris duce Beckio (Artis Latinae scribendi praecepta Lipsiae 1802.) et disputatoria philologica et historica cum selectis juvenibus insituet diebus Martis, Jovis et Veneris hor. 7 $\frac{1}{2}$ —9. Mensib. Januario, Febuario, Martio etiam horis vesp. 6—7 diebus Lunae Martis et Jovis.

Idem semestri aestivo horis definiendis, comparationem dialectorum Slavicarum et supellectile sua qualicumque literaria Slavica juvenibus vitaculorum linguarum philomathibus ostendere conabitur.

Paulus Czaykowski, *Phil. D. Literaturae Polonicae P. P. O.*

Hor. mat. 10—11 traditis praeceptis eloquentiae et poëtos, per classicorum Auctorum exempla illustratis, Auditores ad exercitia Linguae Patriae in utroque orationis genere ducet.

Petrus Boucher, *Canonicus Cath. Cracoviensis et Kielcensis, Phil. D. P. P. O.*

Hor. pom. 2—3 die Lunae, Mercurii et Veneris tradet praecepta Linguae Gallicae et versionis, ex linguis Polonica et Latina in linguam Gallicam, nec non docebit thesaurum literarum elegantiorum ad normam Auctorum classicorum Nominis Gallici et Latini.

Extra ordinem profectiores in styli cultioris Gallici adyta, more suo consueto et probato, stato quater per hebdomadem tempore, horis matutinis et vespertinis, prout licebit, ulterius introducet.

Guillelmus Münnich, *Phil. D. Prof. Linguarum Orientalium P. O.*

Linguam latinam una cum linguis Orientalibus docebit diebus Lunae, Mercurii et Veneris hor. 12—1 $\frac{1}{2}$. Diebus Martis, Jovis et Saturni hor. 11—12 $\frac{1}{2}$.

Idem semestri aestivo Antiquitates Romanas explicabit.

Josephus Jankowski, J. U. D. P. P. O.

Hor. pom. 3—4 quotidie docebit Logicam, Metaphysicam, Ethicam et Paedagogicam.

Diebus Martis et Saturni mane hor. 7—8 Historiam Philosophiae.

Lectorium in Bibliotheca publica Univ. Cracov. patebit hor. pom. 2—4 hyemali; hor. 3—5 aetivo semestri, diebus Lunae, Martis et Jovis. Hospitibus vero extraneis, qui Bibliothecam, Musea, Speculam Astronomicam et Hortos Botenicos invisere cupiant, nulla hora praefinita est, dummodo tempus praedictonibus sacrum Bibliothecario et Praefectis Museorum Mineralogici, Zoologici et Hortor. Botn. condonare velint. Quovis tempore de commoda hora certiores facti, curiosis hospitibus nunquam deerunt. Museum Physicum patebit curiosis, qui adesse dignabuntur, hora 10. matutina, finita praedictione.

Docebunt artem pictoriam *Josephus Peszke*, Prof. P. O. et *Josephus Brodowski*, Prof. P. O. semestri brumali horis mat. 10—12, semestri aetivo 8—12. *Josephus Riedlinger*, Prof. P. O. hor. mat. 11—12 artem sculptoriam. Linguam Anglicam tradet *Hermannus Schugt* hor. 3—4, Germanicam *Ludovicus Teichmann* horis pom. 4—5, Italicam *Stephanus Laberi* quotidie hor. pom. 5—5. Artem arma tractandi *Alexander Tavernier* hor. pom. 2—3 quater per hebdomadem, artem saltandi *Petrus Couder* hor. pom. 4—5. Artem equitandi *Joannes Mützel*. hor. pom. 2—3.

